



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Expedita Juris Divini, Natvralis, Et Ecclesiastici Moralis Expositio

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1665

Effectus Infamiæ, parag. 4

urn:nbn:de:hbz:466:1-40132

rea communiter a doctent, accusatum, pendente
accusatione, admitti ad Ordines non posse.

§. V.

Quis dispenset in Irregularitate contracta ex
Infamia.

§. IV.

Eff. eius Infamia.

1. Infamia, sive Juris, sive facti in Jure Canonico (nam de Civili nos non agimus) hos duos effectus progignit. Primo, ut Infamis ordinari nequeat: id, quod sæpe diximus in Superioribus. Secundò, ut illi Dignitates non conferantur juxta Regulam illam Juris *Infamis non pateant porta dignitatum*. Nomine autem dignitatis hic non intelliguntur solum Personatus, sed quæcunque Ecclesiastica Beneficia, & Officia Publica, puta Judicis, Assessoris, Advocati, &c.

2. An vero, sicuti, si conferantur Ordines Infami, valet collatio, ita valet collatio Beneficii, vel dignitatis, licet in utraque collatione certò peccetur, bipartita est Doctorum opinio, Molina b cum communi ait, esse invalidam. Castropal. c putat, in foro externo invalidam quidem esse, sed esse probabile, in foro conscientie esse validam, ac propterea ejusmodi provisum posse dignitate seu officio frui, donec à Judice collatio rescindatur. Ratio hujus probabilitatis est, quia nullus afferri potest Textus collationem hanc invalidans, nam quando dicitur (*Infamis porta non pateant dignitatum*) satis commodus sensus esse potest, quod non pateant licite: annullatio autem actus, cum sit odiosa sine claro Textu, inducenda non est. Adde, tanquam Regulam peculiarem haberi in Tractatu de Irregularitate, quando textus potest explicari, ut significet aliquid aliud, non esse intelligendum, ut inductivum Irregularitatis.

3. Hæc de Infamia contracta ante susceptas Dignitates. Sed quid, si superveniat?

Respondeo, si superveniat Infamia facti, certum est, eam non privare ipso jure possidentem suas Dignitates, vel Officia, ut est communis opinio, quia in nullo Textu habetur ejusmodi privatio. Si vero superveniat Infamia Juris, licet statim illorum privationem inducat, tamen hujusmodi infamis abdicare à se illa officia nequaquam obligatur, modo quo docet cum multis Castropal. loco citato, & nos diximus *synographo secundo numero quinto*.

1. SI à te incurta fuit Infamia Juris, ex eo nimirum, quòd subivisti sententiam, quæ condemnavit ad Infamiam, vel, quæ declaravit te commississe delictum trahens infamiam juxta paulò antè dicta, opus est tibi, etiam emendato, dispensatione Summi Pontificis ad Ordines suscipiendos, vel Ordines susceptos exercendos. Nam, si non præcessit ejusmodi sententia, te posse gerere, ut non Irregularem, atque adeo te non indigere dispensatione, si res sit occulta, diximus §. 2. nu. 5.

2. Si tamen crimina infamiam hanc trahentia sunt adulterio minora, Irregularitatem ex ea contractam posse post peractam poenitentiam dispensari ab Episcopo docet Castropalaus a cum aliis, addens, quando infamia inducitur à Jure Civili, eam posse aboleri à Principe Sæculari, qua abolita, cessabit Irregularitas, quæ in ea infamia innitebatur.

3. Si autem infamia facti laboras, illam tu b ipse tolles per emendationem delicti, utique notoriam, & quæ saltem per triennium duraverit. Gibalin. c non præscribit tempus, sed solum petit emendationem cognitam.

4. Hinc ergo, qui non fuit condemnatus per sententiam imponentem, vel declarationem infamiam (tunc enim non sufficit emendatio, sed requiritur dispensatio, ut dictum est) licet Notorius fuerit Sodomita, Concubiniarius, Usurarius, &c. Si, modo dictò, emendatus est, poterit promoveri. Lege Gibalin. loc. cit.

An hæc Irregularitas ex Infamia tollatur per Baptismum, quando hic suscipitur post ipsam contractam, dicemus infra. d Interim videatur Suarez. e

CAPUT XI.

De Irregularitate ex Novitate Fidei.

§. I.

Quinam eam contrahat?

1. **N** OVI in Fide, quos græca voce *Neophyros* appellamus ij f sunt, fC. Sicut qui cum Judæorum, Saraceno d. 48. rum, vel Ethnicorum Religionem pro-

a Castrop.

l. c. cum

Sanch.

Henr. A-

vila, Mo-

lin.

b Suar.

Henr. Mol.

cum Ca-

strop. cit.

c Gibal. de

Irreg. c. 6.

q. 1. nu. 5.

d Infra c.

22. §. 1.

nu. 2.

e Suar. d.

48. de

Cens. §. 2.

n. 11.

Ballus
Accusa-
tio. 4.
Tab. de
Tit. Ep.
il. 43.
Cassa de
Zooz p.
7. c. 7. an.
6. Foras
Cib. de Ir-
reg. c. 5. §.
4. nu. 27.

b Mol. tra.
4. d. 11. nu.
3. alij, a-
pud Cast.
mox citan-
dam.

c Castrop.
de Cens. d.
6. p. 20. n.
11. cum
Gonz.

Castrop.
de Cens. d.
6. p. 20. n.
11. cum
Gonz.